



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 71. Conjurationis executio in alio Nannetensi conventiculo decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI
A.C. 1560

posset, taciturnitate, ac dexteritate exequeretur, ut vero conjurati suos sibi socios probe cognitos haberent, seque ab aliis dignoscere possent, is una omnes die prima Februarii Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo apud Nannetes convocaverat. (*)

§. LXXI.

Conjuratiōnis executio in alio Nannetensi conventiculo decreta.

Thuan. l. 24.
Davila p. 24.
Bossuet. hist.
des variat.
tom. 2.
p. 112.

In hoc autem conventu conjurati arrogantia vel maxime ridicula effutire præsumebant, quod eorum conventiculum

(*) Benevole Lector, in continuata Fleurii Historia abs dubio præcipue observatu dignum est, quod omnes recens adinventæ hæreses nil nisi seditiones erga legitimos suos Principes, cruenta bella, regnorum devastationes, mutuas inimicitias, cædesque, rapinas, ac omne malorum, & calamitatum genus produxerint, hisque mediis sese latius diffuderint, eo modo, ni peiori, quo Turcæ suum imperium ac superstitionem inchoarunt ac propagarunt: qua ergo fronte Novatores isti jactitare audent, quod eorum Sectæ Principibus regnorum tranquillitatem, ac supremæ suæ potestatis auctoritatem firmiter, quam Religio Catholica asserat; vel unicum per octo-
decim

lum repræsentet Generalium Ordinum comitia (*) cum tamen ad hoc non modo legitima, sed & publica, & generalis auctoritas fuisset desiderata, per quam omnes illi, qui de jure ejusmodi comitiis interesse possunt, uti sunt Clerici, ceterique, convocandi fuissent. Nihilominus Renaudius congregatos proluxa animabat oratione, quæ tamen nil aliud erat, quam insipida collectio omnium injuriarum, atque mordacium calumniarum, quæ tum temporis vel in famosis libellis, vel privatis colloquiis in Guisios effundebantur: demum vero ad sermonis sui scopum ex adstantibus sciscitabatur, utrum hucusque exposita comprobarent? quo dicto cuncti assurgentes unanimi consensu in perorantis sententiam ivere, & ne quidem reperiebatur ullus, qui negotii tantopere periculosi difficultate territus, maturius deliberandum censeret. Tum vero

Sæcul. XVI.

A. C. 1560.

Belcar.

comm. l. 28.

num. 42.

decim ferme sæcula exemplum proferant, quo comprobatum reddatur, quod Catholici ad propagandam Christi fidem seditionem contra suos legitimos Principes concitarint, ac Religionem conjurationum ope propagare conati fuerint.

(*) Forte id didicerunt a Basileensis Concilii Præsulibus.

Sæcul. XVI.
A. C. 1560. vero præscripta *protestationis*, ut vocabant, formula, simul ambo conficiebantur libelli supplices, quorum supra meminimus, tandemque conclusum, quod die decima, vel decima quinta sequentis Mensis Martii triginta Belliduces crearentur, ac quingenti equites, ac mille pedites per varia itinera Blæsis, ubi Regem agere credebant, convenirent, atque una omnes vicissim summæ taciturnitatis religione sese obstringerent, ibidemque concepta exequerentur consilia: ergo conjurati eodem, quo ingrediebantur, silentio a Nannetibus discedunt, eorumque quis ad destinatum sibi contendit locum, ubi vel Belliducis vel gregarii militis partes agere jubebatur.

§. LXXII.

Renaudius Parisios delatus, ejusque colloquium cum Chandæo.

Thuan. hoc cap.
Davila hist. des guerres civiles p. 43.

Interea vero Renaudius Condæo Principi hucusque gestorum rationem reddebat, atque exeunte Mense Februario Parisios contendebat, ut cum Antonio Chandæo Protestantium Ministro de medijs ad prosperum conjurationis successum necessarijs conferret. Diversabatur autem ille in suburbio Sancti Germani in platea, quæ a paludibus nomen habet, hospitioque erat exceptus a quodam Advocato,